

### Miltiadészt ártatlanul elítélik

Miltiades accusatus est proditiōnis, quod, cum Parum expugnare posset, a rege corruptus infectis rebus discessisset. Eo tempore aeger erat vulneribus, quae in oppugnando oppido acceperat. Itaque, quoniam, ipse pro se dicere non posset, verba fecit frater eius Stesagoras.

Causa cognita capitis absolutus pecunia multatus est, eaque lis quinquaginta talentis aestimata est, quantus in classem sumptus factus erat. Hanc pecuniam quod solvere in praesentia non poterat, in vincula publica coniectus est ibique diem obiit supremum.

Hic etsi crimine Pario est accusatus, tamen alia causa fuit damnationis. Namque Athenienses propter Pisistrati tyrannidem, quae paucis annis ante fuerat, omnium civium suorum potentiam extimescebant.

Populus maluit illum innoxium plecti quam se diutius esse in timore.

(Cornelius Nepos: De viris illustribus, Miltiades 7, 5-6; 8, 1,4)

**quod .... discessisset** véleményes okhatározói mellékmondat

**a rege** Dareiosz perzsa királytól

**infectis rebus** „dolgavégezetlenül”

**pro se dicere** „védekezni (bíróság előtt)”, „saját védelmét előadni”

**causam cognoscere** „kivizsgálni az ügyet”, „vizsgálatot folytatni a peres ügyben”

**in classem** arra a 70 hajóból álló hajóhadra, amelynek parancsnoka Miltiadész volt; igen nagy volt tehát a kirótt büntetés!

**in praesentia** pillanatnyilag, éppen akkor

**vinc(u)lum publicum** „állami börtön, fogság”

**Parus 3** paroszi, Parosz szigetével kapcsolatos